Noverint universi quod cum [illegible] fuit et extitit intencio mei Bernardi de Piru claustralis ecclesie Gerundensis dudum capellani et procuratoris monasterii
Sancti Danielis quod de illis tribus quarteriis frumenti boni pulcri sicci et nitidi quas ad mensuram Gerunde annuatim de censu cum
directo dominio percipiendis michi ad opus cellarii dicti monasterii vendiderunt Dalmacius de Feliu et eius uxor Ermessendis et eorum
filia Guillelma et vir eius Geronimus super quodam torono terre/ et de una quarteria ordei ad mensuram Montellorum quam Castilioni
Rogerii procuratori dicti monasterii de meis denariis emi vendiderunt Bernardus [illegible] Salom et eius uxor Guillelma de Procha de Corciano annua-
tim percipiendam de censu de quodam orto campo qui predicto monasterio tenetur prout hec et alia in instrumentis inde factis latius con-
tinentur fieret omnia que inferius nunc noviter declarantur que plene non continentur in quibusdam instrumentis jam inde confec-
tis et confectis que in presencia trado Castilioni Rogerii supra scripto. Ideo nunc volens plene declarare que fuit sit et
extitit mea intencio de predictis dico volo et declaro cum presenti publico instrumento ubique perpetuo valituro quod cellarius dicti monasterii
vel tenens eius officium semper habeat teneat et percipiat predictas tres quarterias frumenti et quartam ordei cum directo dominio et iura quecumque que habeo et habere
debeo in dicto torono terre de quo percipiuntur dicte tres quarterie frumenti et dicta quarteria ordei. Et quod pro eis vel ex eis ipse cellarius
vel tenens seu regens pro tempore eius officium perpetuo annuatim donet et dare teneatur porcionariis dicti monasterii scilicet abbatisse [illegible]
dominabus et scolaribus et capellano et ebdomadario dicti monasterii vel eorum [illegible] tantum et non aliis in die dominice Ramis palmarum et in die
veneris sancta pasche et die sabbati seu vigilia pasche et die ascensionis et die beate Marie mensis augusti et die omnium sanctorum et die beati
Martini qui inter omnes sunt septem dies panem album illius ponderis quod est consuetum dari infra annum scilicet de [illegible]
tonis. Item dictus et dare teneatur pro pitancia die beati Martini tantum quolibet anno ultra id quod consuetum est dari ipsa die scilicet
cuilibet domine duos denarios et cuilibet scolari tres obolos et capellano et ebdomadario tantummodo cuilibet sex denarios. Et quod capellanus predictus
teneatur celebrare missam illa die tantum et non aliud officium nisi forte illa dies veniret in ebdomada sua. Ebdomadarius vero predictus tenea-
tur illa die evangelium celebrare. Et si illa dies veniret in ebdomada sua celebret similiter alia officia preter dictam missam quam dictus
capellanus celebret ut est dictum prout et latius continetur in quodam instrumento inde jam facto VII kalendas julii anno domini M CCC
undecimo in posse Guillelmi de Quexio notarii Gerunde. Et hiis semper sub dicto modo salvis dono concedo et confero omnia et
singula predicta dicto et dicto cellario et regenti pro tempore eius officium perpetuo sub modis et condicionibus predictis [illegible]
Promittens vobis venerabilibus domine [illegible] dei gratia abbatisse et conventui dicti monasterii presentibus et notario infrascripto tamquam publice persone
recipienti et stipulanti a me predicta et in presentia notarii omnium quorum interest vel intererit [illegible] contra predicta non veniam aliqua ratione. Renun-
ciando ad hec iuri ingratitudinis et accioni in factum et sine causa et iuri quo [illegible] sibi competere et omni alii iuri con-
tra hec venienti. Et ego Castilio Rogerii clericus ecclesie Sancti Felicis Gerunde procurator generalis dicti monasterii ac tenens officium dicti
cellarii dicti monasterii [illegible] voluntate dicti cellarii consenciens premissis laudo hec. Et promitto vobis dicto Bernardo de
Piru [illegible] omnium dicti monasterii et cellarii eiusdem [illegible] attendere et complere omnia et singula
supradicta que [illegible] dicta sunt dictum cellarium vel tenens seu regens eius officium debere facere attendere et complere et
et in aliquo non contraveniam aliqua ratione. Et nos [illegible] dei gratia abbatissa et conventus dicti monasterii more solito congre-
gati in capitulo dicti monasterii consencientes supradictis laudamus firmamus et approbamus omnia et singula supradicta et contra
in aliquo non venire promittimus. Actum est hoc in capitulo dicti monasterii [illegible] nonas marcii anno domini millesimo trecentesimo
nonodecimo. Signum Bernardi de Piru. Signum Castilionis Rogerii. Signum [illegible] dei gratia abbatisse. Signum
conventus dicti monasterii predictorum qui hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt Raimundus de Costa Gerunde [illegible] et [illegible] presbiter [illegible]

Signum Raimundi [illegible] notarii publici [illegible] Gerunde [illegible] publico [illegible]
qui hec scripsit et clausit [illegible]

9ª 1111

6-3-1320

Nº 519.

De
Cosa
Fallines
monestir

Documents del Monestir

T 525 x 295

542